

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Beantwortung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden:

I. Übersetzung:

Auf seinem Zuge nach Italien nähert sich Hannibal, die Durance aufwärts ziehend, den Alpen.

1 Iamque Tricastinis incedit finibus agmen,
2 iam faciles campos, iam rura Vocontia carpit.
3 Turbidus hic truncis saxisque Druentia laetum
4 ductoris vastavit iter. Namque Alpibus ortus,
5 avulsas ornos¹⁾ et adesi fragmina montis
6 cum sonitu volvens, fertur latrantibus undis
7 ac vada translato mutat fallacia cursu,
8 non pediti fidus, patulis non puppibus aequus;
9 et tunc, imbre recens fuso, correpta sub armis
10 corpora multa virum spumanti vertice torquens
11 immersit fundo laceris deformia membris.
12 Sed iam praeteritos ultra meminisse labores
13 conspectae propius dempsere paventibus Alpes.
14 Cuncta gelu canaque aeternum grandine tecta
15 atque aevi glaciem cohibent; riget ardua montis
16 aetherii facies surgentique obvia Phoebō
17 duratas nescit flammis mollire pruinas.
18 Quantum Tartareus regni pallentis hiatus
19 ad manes imos atque atrae stagna paludis
20 a supera tellure patet, tam longa per auras
21 erigitur tellus et caelum intercipit umbra.

1) ornus, i die Bergesche

Fortsetzung nächste Seite!

- 22 Nullum ver usquam nullique aestatis honores.
23 Sola iugis habitat diris sedesque tuetur
24 perpetuas deformis hiems; illa undique nubes
25 huc atras agit et mixtos cum grandine nimbos.
26 Iam cuncti flatus ventique furentia regna
27 Alpina posuere domo. Caligat in altis
28 obtutus²⁾ saxis abeuntque in nubila montes.
29 Mixtus Athos Tauro Rhodopeque adiuncta Mimanti
30 Ossaque cum Pelio cumque Haemo cesserit Othrys.

2) obtutus, us der Blick, das Sehvermögen

II. Sprachliche Erläuterungen:

1. Erklären Sie sprachgeschichtlich die Form virum (Z. 10)!
2. Beschreiben Sie das Bedeutungsfeld des Verbums carpere (Z. 2)!
3. Analysieren Sie grammatikalisch den Satz: Sed iam praeteritos....paventibus Alpes (Z. 12/13)!